



DISPUTATIO POSTERIOR
De
TETRAGRAMMATO

Quam
Loco Disput: Ordinaria

Adjutore DEO

Proponis

M. ANDREAS MYLIUS
Ebrææ Ling: P. P.

Respondense

FRIDERICO Gericken
Rast. P.

*Ad diem 27. Junij horis Matutinis
in Auditorio Majori.*

REGIO MONTI

Typis LAURENTII SEGEBADII
M. DC. XXXVI.



174

~~2957~~

264035

Admodum Reverendis, Clarissimis, Excellentissimis,
Præstantissimis, observandis.

Dn: BERNHARDO DER-
SHOVIO S. S. Th. Doctori, Ecclesiæ Pa-
læopolitanæ Pastori vigilantissimo, nec non Consi-
storij Sambiensis Assessor dignissimo, Pro-
motori suo observando,
colendo.

Dn: M. URBANO LÖPNERO
Dn: M. MARTINO WOLDERO
Ecclesiæ Paleopolitanæ Diaconis fidelis-
simis, affinibus venerandis.

Dn: M. GEORGIO COLBIO,
Ecclesiæ Cniphovianæ Diacono meri-
tissimo, patrueli suo honorando.

Dn: MICHAELI Gericke
Patri suo Charissimo

Dn: JOHANNI WOLFF
GANGO Gericke Patrueli
dilecto.

*Disputationem hanc Theologicam
in*

Debita gratitudinis argumentum

*Grati animi monumentum
consecrat*


FRIDERICUS Gericke R.

*Ad ornatis: Dn. Resp: Affinem
dilectiss.*

Disputas doctè, Studiose, *summum*;
Numinis *Nomen*, **D**eus ipseus ad sit
Huicce conatui, magis hinc magisque
Cœpta beando.

Arbiter certè magè doctus audi
Disputans nomen redamando *praxin*
Nominis celsi: Meliusque summi
Organon esto.

*M. Albertus Linemannus Mathem:
Profess: Pub:*



*Præstantissimo & Literatissimo Domino
Respondenti.*

השם התום חתם שמות במקרא

רבים אשר כל תוריים בנמצא:

עליון אלה יה על אל יהוה:

ארזן אלהים אדוני גבורה:

יקר יהוה שום שדי בנטל

עליו לטוב נטל מסנה כההל:

אהיה אשר אהיה אמר אלהים:

הזה כביאור שפירים דברים:

היה לטובה ויכוח סמיכה :

אתח אשר המתנצל אמונה :

יגל כמים השלום לעולם :

יצלח כנחל האיתן ביופם :

שלום בחילך תמיד בגדול :

חינא באדמנותיך להכול :

ישא יהוה ברכתו לברך :

ישום לך חסרא רבא כהלך :

כלא עלילותיך נא ברוכות :

נתרי אמת ציון ישלום כאמצות :

רעך אשר כנמשך

כתב

*M. Hieronymus Ernesti Effrayda
Thuringus.*

SEQUITUR DE TETRAGRAMMATO,

prout ex partibus suis constituitur.

Consideratis partibus, totum ex partibus illis constitutum considerandum venit: ubi circa Tetragrammatum tria imprimis notanda sunt,

ut I. *Origo* 2. *Etymologia* 3. *Synonymia*.

II. *Originem* quod attinet, solet inter doctos querri. *An Mosis hoc nomen primum sit revelatum, & Patribus ante Mosis tempora incognitum fuerit.* Non queritur autem de nomine ארנ' ut nonnulli putant, qui, cum vulgatus interpret *Exod. 6. v. 3.* Adonai legat, hinc ex lingvæ Ebrææ inscitia non de Tetragrammato; Sed hoc ipso Adonai quætionem formant. *Vide VValth: in spicil. contrav: de hoc nomine p. 99.* Verum de Tetragrammato controversia est, quam expediemus,

III. Quætionis hujus alij affirmativam, alij negativam tuentur sententiam. Affirmativam amplectuntur *Osiander in notis bibl: Flacius in Clave part: 2. Col: mih: 017. lin: 34 D. Franzius in tract: de Interpret: script: mih: p. 626. &c.* Sed salvâ horum autoritate negativam sententiam tuentur, adeoq; I. dicimus, augmentum illud & essentialit DEI nomen, sacrum illud memoriale primitivæ Ecclesiæ incognitum fuisse, probabile non videri. Imò verò, si verba ipsius DEI *Ex. 3. v. 15.*
D
ubi

ubi de nomine hoc inquit, quod sit זכר לךךךך probe
nobiscum revolvimus, patribus etiam ante Moſen
hoc Tetragrammatum, memoriale hoc notum fuiſſe,
non facile dubitabimus. Hic enim ך Lamed nomini
temporis additum, conſveto, in multis Scripturæ lo-
cis, Ebræorum more, diſtributionem notat: in primis
cum in ejuſdem indicium idem ſubſtantivum ך conti-
nuò reperatur, *Conferantur loca Pſal. 73, v. 14. Pſal. 22,
31. Joe: 2, 2.* Diſtributionem hanc LXX, etiam probant
ſuo *כַּלְכַּלְכַּלְכַּל* & expreſſius *Chaldaeus*, qui vocem כַּל
addit h, m. לַכַּלְכַּלְכַּלְכַּל Sensus itaq; erit, Tetragram-
matum hoc omnis ætatis & ſeculi memoriale ſtatu-
m eſſe: Ita ut Ebrææ voces ךךךךך hujus loci etiam per
ſin vocis כַּל non incommodè explicari poſſint, ad
implum *Deut 32. 7. & c.* Non autè opus eſt, ut univer-
ſitatem hanc cum reſtrictione ad ſeqq. ſecula accipia-
mus, cum h, l, abſolutam univerſalitatem nec fidei
analogia impugnet, nec contextus improbet. Neq; ob-
ſtat locus *Exod: 6., 3.* de quo infra agemus. 2, *Virgenus*
Genes: loca, quæ, quod ante Moſis tempora hoc nomen
in uſu fuerit, non obſcurè probant. Sic prima mater
cum Cainum ſuum genuiſſet lætâ voce exclamat *Gen:*
4. v. 1. קניתי איש את-יהוה Ubi Tetragrammato hoc ex-
preſſè utitur, Ita *Gen. 15. 7. Gen: 18. 19.* DEI Orationes
deſcribuntur, in quibus hujus Tetragrammati mentio
fit: quæ teſtimonia ſatis ſententiam noſtram confir-
mant, ita ut his alia addere neceſſe non ſit. Scribit qui-
dem *Flacius in Clave c. l. ut & Frantz: in tracta: de Interpre-*
l. t. Scrip: nec non alij Moſen allegatiſ Gen: locis uſum
fuiſſe vocis ſuæ ætatis: à quibus planè alienus non eſt
R. Joſua, qui Abrahamum & Jacobum Tetragramma-
tum hoc ignorariſe dixit; Moſen tamen hac voce
nihil-

nihilominus usū fuisse. Sed huic Rab: respōdet, *R. Esra* in
commentario suo *Exod: 6. v. 3.* quod falsum statuat his verbis:

ולא דבר רבי ישועה נכונה כי אין יכחוב משה שם לא
הזכירו השם ואין ספק כי האבות ידעו. זה השם
שהם העצום רק זה השם הוא התאד לא ידעו

Idem hoc nos cum *Esra* reliquis omnibus responde-
mus, & responsionis nervum hunc statuimus. *Primo*
fallaciam Consequentiz adversarij committunt, dum
à particulari ad universale progrediuntur, & exinde
quod nonnunquam ab historicis fit, idem Mosen etiam
l. c. observasse concludunt. Concedimus libenter
nonnunquam historicos uti vocabulis suâ ætate magis
usitatis: nunquam tamen concedimus, id perpetuò ab
iisdem observari. Dabimus, ut profanos historicos
inquamus, ex sacris nonnulla contraria exempla. 1.
Illud *Mar: 5. v. 41.* *πελιθα κἄρι*, quæ verba Syra sunt,
unde Syrus etiam, cum interpretatione ibi opus non
haberet, seqq. Verba ὅ ἐστὶ μεθερμηνεύομενοι, τὸ χεράσιον
σὺ λέγων ἔγειραι planè omisit. 2. Illud *Mar: 7. v. 34.*
ἐφθαθα, quæ vox Syracæ, unde ejusdem interpretatio-
nem, quam Græcus habet, Syrus nō addit. Cura: cum in
Syro sit *תפתא* Græcus habeat *ἐφθαθα* Vide in locis *E-*
braicæ Angeli caninij C. 10. & apud *Drus: de Vocibus Ebrais*
N. T. c. 27. 3 Verba Christi, quibus in cruce excla-
mat *Matt: 27. v. 46.* *ἡλί ἡλί λαμὰ. σαββαχθανι* Ebraea hæc
sunt, quæ Syrus retinet, & quid iisdem significetur,
prævio Græco, suo idiomate exponit, secus quàm in
præcedentibus exemplis fecerat. Quare autem Syrus
pro *יה* posuerit *יה* (ut ut in *Parisiensi* editione, quæ à
Ludovico de Dieu in cap: 27. v. 41. *Matt:* citatur, suffixum
Jod additum sit) vide citato loco apud *Ludovico de Dieu*, ut
& ejusdem animadversiones in cap: 15. *Mar: v. 34.*

Nil hinc verborum immutavit Marcus, quamvis histo-
riam suam Græco sermone (*quicquid etiam Belli l. 2. de*
Verbo DEI cap. 7. de Marci Evang. latine scripto dicat.
contra quem Theologi agunt) conscripserit, propterea,
quod tunc usitatissimus sermo ille esset, & ejus pleri-
quæ Populi, Judæi etiam gnari essent, ut ita per
omnem orbem Evangelium diffunderetur. Nil refert,
quod Syrus etiam sermo eo tempore notus fuerit,
Judæis etiam, notior tamen Græca lingua erat, de qua
Cicero in orat. pro Archia scribit, quod Græca lingua
fere inter omnes gentes in usu; latina verò exiguis fi-
nibus conclusa fuerit: unde Apostoli ipsi gentiles
omnes in universum nonnunquam Græcos appella-
runt *Rom: 10. 2. &c.* plura loca *Vide in Clave Scrip. Flacii.*
Hæc cum ita sint, non obscure hinc colligi licet, histo-
ricos non semper & ubiq; usitatiorum suæ ætatis sermo-
nem, ut ut eo etiam suas historias describant, servare;
in primis ubi aliorum verba (qualia sunt, quæ supra
pro sententiæ nostræ confirmatione ex Gen: citantur.)
recenseant. Secundò Adversariorum collectio fallaciã
Cæz non Cæz laborat, dum propterea Mosen Ter-
tragrammato incitatis Gen: locis usum esse scribunt,
ut nimirum suæ ætatis vocabulo uteretur: cum divi-
norum nominum, quibus ante Mosæ DEVS deno-
minatus fuit, usum tempore Mosæ exspirasse nondum
probarint, neq; probabunt unquam.

IV. Negativæ sententiæ defensores tantis sanè ra-
tionibus non nituntur, nisi quod Testimonio in primis
gaudent Mosaico *Exod: 6. v. 3.* ubi ita scriptum legi-
mus: *Apparui Abrahamo, Isaaco Jacobo וַיֵּרָא אֶל אֲבוֹתַי אֶת אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל אֶת אֲבוֹתַי אֶת אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל אֶת אֲבוֹתַי אֶת אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל* *at no-*
mine meo הוֹרֵא נִינִי non cognitus sum illis. Horum autem Ver-
borum si sanus detur sensus, facile illi suã causã cadent,
id quod

Id quod breviter expediemus, i. *Rabbini* potiores ver-
ba hæc Mosaïca non quoad ipsum Tetragrammatum,
utpote quod ante Mosen fuerit notum; sed efficaciam
וְהָיָה שְׁמִי יְהוָה וְהָיָה עוֹלָם וְהָיָה עוֹלָם וְהָיָה עוֹלָם
intelligenda esse statuunt. Hanc enim
virtutem Tetragrammati per Mosen primùm innotu-
isse putant, quem hoc nomine sua edidisse miracula
volunt. Sic *R. Esra* in hunc locum expressè scribit,
quod hoc nomen Patres ante Mosen cognoverint, cu-
jus verba præced: s. citata sunt. Sed de virtute hujus
nominis addit

וְהָיָה חֵסֶד לֹא הָיָה מֵעַתָּה
לְדַקָּה כְּשֵׁם כְּמֹשֶׁה אֲשֶׁר יָדְעוּ הַשָּׁם פְּנִים בְּפָנִים עֲלֵינוּ
הָיָה יָכוֹל מֹשֶׁה לְשִׁנּוֹת חוֹלְדוֹת עוֹלָם הַשָּׁפֵל וְלַחֲדָשׁ
אוֹתוֹת וּמוֹפְטִים שֶׁלֹּא יָכֹלוּ הָאֲבוֹת לַחֲדָשׁם:

Et Mosen hujus nominis virtute tot miraculorum au-
torem existisse docet etiam liber כְּפָתוֹר fol: 56. quem

Buxtorf: & Six: Amama in Antibarbaro biblico p. 507.

Buxtorf: & Six: Amama in Antibarbaro biblico p. 507.
מֹשֶׁה לֹא הִשְׁתַּמְשָׁא לֹא בְּשֵׁם הַגִּדּוֹל וְכֹל נִפְלְאוֹתָיו אֲשֶׁר עָשָׂה הָיוּ בְּשֵׁם הַמִּפְרָשׁ
שֶׁהוּא שֵׁם יְהוָה וְאֵהִיָּה אֲשֶׁר אֵהִיָּה

Confer itidem *comm: R. D. K. in cap: 12. Hosee vers: 5.*

Sed mittamus has nugas, quas ipse Maimonides agno-
vit doctissimus Judzus, cujus verba *Amama in Anti-*
barb: biblico recenset p: 504, 505. quò lectorem remitti-

mus. Addimus autem hoc, quod ob has Judzorum
ineptias cautius de hoc loco Mosis nos loqui deceat,
ut ut sanus verborũ sensus dari possit. Hoc tamen num

D. Forsterus observârît, quando in *Lex: suo ad radicem*

הַיְהוָה p. 2. 10. hæc verba in nomine יהוה non sum
cognitus illis, de miraculorum productione interpre-
tatur; alij judicent. Il. *Brentius* in h. l. scribit, non-

nullos esse, qui hic vocem לְכָרִיךְ subintelligendam esse
putent

pudent, h. m. Apparui patribus non tantum modo no-
 mine meo יהוה Et hæc etiam mēs fuit R. Saadia Haggan,
 quam R. Esra in com: suo his verbis exponit: אמר
 סעדיה הנעון כי תחסר באחרונה מלת לבדו כאילו
 אמר ובשמי יהוה לבדו לא נורעתי להם רק פעם באל
 שרי ופעם בשם יהוה

Ad quam sententiam R. Esra quidem responderet l. c.
 ita tamen, ut nervum rei non tangat, partim etiam fal-
 sum committat, ac si Tetrag: appellativum etiam no-
 men esse possit; quod benevolus lector ibidem legat.
 Nos potius statuimus, non planè absurdam sententiam
 hanc esse, quæ citata verba Exod: 6, 3, per ellipsin vocis
 לבדו exponit, nam i. Hac vocis לבדו ellipsis usitata
 est in sacris. Sic Gen: 32, 28. (quem locum Esra ex mente
 Saadia l. c. allegat) Non vocaberis amplius Jacob; sed Israël.
 Non quod Jacob ultra vocatus non fuerit; sed quod
 longè insignius esset & augustius hoc, Israël, ad com-
 mendandam luctæ & victoriæ de DEO relatæ memo-
 riam, ut rectè in b. l. Mercerus scribit, adeoq; sensus
 erit: Non vocabitur amplius Jacob tantū, sed etiam & c.
 quomodo hanc ellipsin vocis לבדו R. Esra in comm: ex
 mente Saadia explet. Plura de hac Ellipsi vide apud
 Tarn: in Hof: 6, 6. Joel: 2, 13. 2. Quo minus hæc quoq;
 Ex: 6, 3, hæc ellipsis locum obtineat, nil repugnat, ni-
 si fortè alij absq; firma ratione aliter putent. Et con-
 textus sanè hanc ellipsin ultro admittit, qui in Moïsi
 & Israëlitarum Egyptiacâ servitute pressorum solati-
 um, nomine אל שרי DEI omnipotentiam, omni-
 sufficientiam & facultatem; nomine vero יהוה אל
 שרי contradistincto ejusdem imprimis benevo-
 lentiam & voluntatem declarat, quod nimirum
 DEVS & possit & velit datas promissiones de terra
 Canaan

Canaan & Israelitarum liberatione ex Ægyptiaca ser-
 vitute implere, suisq; nominis veritatem confirmare,
 adeoq; sensus erit: Quid dubitas (*inquit ad Moſen*) de
 mea potentia, patribus non tantum nomine יהוה
 benevolentiam declaravi; ſed etiam nomine אל שדי
 omnipotentiam & omniſufficientiam. Imò videbitis,
 quid jam facturus ſim Pharaoni: Educam vos forti
 manu de oneribus Ægypti. III. *Beza*, quem *Cornel: à*
Lap: in Com: ſuo, citat, hæc Moſaica verba ita explicat,
 ut poſitum eſſe cenſeat הלא נודעתִי לא נודעתִי
 nonne indicavi illis? q. d. Omnino indicavi illis hoc
 nomen meum. Et ut ut pontificius Interpres *Corneli-*
us explicationem hanc rejiciat, utpote cum in nullo
 codice Ebræo, non Græco, non Latino illud interro-
 gativum ה exprimitur: ſuo tamen modo ea proban-
 da erit, nam 1. *In plurimis* locis hujus interrogativi ה
 ellipſin obſervamus. *Vide Glaſſ. gram: ſacram p. 606.*
 2. *Etiam h. l.* illa Ellipſis ה ה Interrogativi ſtatui po-
 teſt, nil obſtante, neq; textus ſcopo, qui præcedenti
 membro expoſitus eſt. Nil hic objicere poterūt *Adver-*
farij, niſi ſuam ſententiã, quod Tetragrammatum
 hoc ante Moſen ignotum fuerit. At eo nil efficient,
 niſi prius ſuam mentem (*quod infeliciter ſemper ſentârunt*)
 firmius probârint, & ſic hanc ellipſin nobis extorſe-
 rint.

V. Nos tamen (*miſſis ſuperioribus ſententijs, omiſſis*
etiam, ut brevitati ſtudeamus, aliorum Interpretationibus,
de quibus D. Valſherus in ſpicili contror: de nominibus
 יהוה אלהים p. 98. & ſeqq. & *Corn: à Lapide in h. l. Exod*)
R. Salomonis ſequemur ductum, qui hujus contraverſi
 loci verba ita exponit: quod nimirum DEVS י-
 הוה אל שדי

DEVS

DEVS omnifufficiens & omnipotens; at promiffi-
 ones nondum impleverit: per Mofen autem re ipfa eas
 impleturus fit, & confirmaturus veritatem Nominis
 fui, quod dicitur יהוה h. e. Verax in promiffis. Verba
 Rab: hæc funt: הכבחתים הבטחות וכבלין אמרתי
 להם אני אל שרי יהוה לא נודעתי להם לא הודעתי
 אין כתוב כאן אלא לא נודעתי לא נכרתי במדת אמיתות
 שלי שעליה נקרא שמי יהוה נאמן לאמת דברי
 הבטחתים ולא קיימתי:

*I. e. Interprete Fagio in Paraphrafi Chaldaica: Promiffi-
 eis promiffiones, & in omnibus eis dixi ad eos, Ego sum
 DEVS Omnipotens. Et in nomine meo יהוה non sum
 nobis factus eis, non notum feci, non scribitur sic; Sed
 non notus factus sum i. e. non cognitus factus sum in proprie-
 tate veritatis mea, propter quam vocatur nomen meum יהוה*

*I. e. verax, constans, propter veritatem verborum meo-
 rum, quoniam ecce promiffi eis, & nondum præstiti, seu
 confirmavi. Accurate sane hic Rab: observat in Mofai-
 co textu non activum הודעתי quo Adversarij senten-
 tiam suam firmius stabilire possent; sed passivum
 נודעתי positum esse: quod & Esra vult in com; contra
 quendam Manchemum, de quo ita scribit ופלת*

*נודעתי מבנין נפעל ואיננו כמו הודעתי כדברי מנחם:
 Et ob hoc verbum passivum nonnulli שמי pro שמי
 positum esse statuunt, ut sensus sit: in nomine meo
 (velut Tremellius versit nomine meo) יהוה non sum co-
 gnitus illis: Vide notas in Pentateuchum Vencijs excusus
 Anno Christi 1551. Confer etiam R. Esra in b. l. Hanc
 R. Salomonis sententiam merito amplectimur. Quis
 textui est convenientissima, nam accipit Verba רע-
 בות. prout jacent, ut opus non sit, vel vocem ודעתי vel ודעתי*

Interrogativum ꝛ addere: Imò etiam argumenti ner-
 vum in eodem egregiè monstrat. Confirmaturuse-
 nim DEVS Mosen, ne dubitaret de felici legatio-
 nis suæ ad Pharaonem successu, primò Argumento
 utitur, (ut supra dictum est) ducto à divina omnisuffi-
 cientia & omnipotentia: Apparui, inquit, Patribus
 ut אני ה' h. e. DEVS Omnisufficiens, qui nullius
 ope eget, & in se sufficiens est ad opem ferendam, ad
 protegendos omnes, ad promissa servanda & explen-
 dos defectus, qualis sanè omnipotens esse solet. Ta-
 lem itaq; me esse memineris, nec de legationis tuæ
 successu dubites. Secundò Argumentum addit ductum
 à divinarum promissionum veritate, quam vi Te-
 tragrammati asserit, quod nimirum sint & consistant,
 quæ promittit. Non apparui, inquit, v. 3. Patribus in
 nomine meo יהוה sc. ut implevissem (quid enim rō non
 apparere in nomine Terræ sit, patet ex immediatè subiecta
 antithesi, quam expresse promissionum impletione determi-
 nat) p̄missa, (non quevis, quam mentem nobis Corn-
 à Lapide in com: suo affingit; sed qua per Mosen explenda
 essent) nunc autem pacti mei memor v. 4. illis promif-
 sa præstabo i. e. in nomine יהוה apparebo, & educam
 vos ex Ægypto in terram Canaan v. 6. Neq; 2.
 R. Salomonis sententia de verbis his Mosaicis omni au-
 toritate destituitur. Favet ei Paulus Vveidnerus con-
 versus Judæus in locis suis fidei p. 126. D. Rungius in Exod:
 p. 222. D. Gerh: Tom: 1. Locorum Theol: de natura DEI
 S. 23 neq; planè à nobis discedit Brennius in h. l. ut alios
 taceamus. Hæc itaq; cum ita sint, & hic verborum ho-
 rum sensus quem sanus Interpretes non negabit: non est
 ut ex hoc loco cum alijs, Tetragrammatum Patribus
 ante Mosen ignotum fuisse probemus.

VI. Post Tetragrammati originem, *Etymologia* ejusdem sequitur, quæ ex Grammaticorum ratione vocum etiam figuram proponit, circa quam h. 1. controversia esse solet 1. De Tetragrammati derivatione. 2. Num Tetragrammatum appellativum nomen sit, an proprium soli DEO conveniens. Priorem controversiam quod attinet, seqq. membris illa convenienter absolvitur, ita ut queramus 1. An hujus Tetragrammati *Etymologia* aut derivatio detur. 2. qualis dicitur.

VII. De illo, quod primo loco queritur, Tetragrammati nimirum Originatione, nonnulli dubitant. Et *Luth ipse tom: 2. Lat. Jen: p. 62.* hoc nomen nobis *Etymologia* esse; sed ex Ebraicis literis divino consilio ad mysterium aliquod adumbrandum combinatis constare, ex *Burgensi* refert Paulus Weidnerus *ibidem l. c. p. 118. citat locum ex lib: More cap. 60 part. 1.* ubi scribitur, nominis hujus notam derivationem nesciri. *Confer VValth: in spic: contra: hujus nominis contr: 1.* Rectius tamen juxta alios ab essentialis verbo deducitur, quam derivationem ipse *Luth: etiam Tom 8. Jen: Germa: p. 118. probat.* Hanc sententiam nos quoque amplectimur, cum nil impediatur, quo minus hujus nominis *Etymologia* dari possit: Imò eadem non parum ad DEI cognitionem faciat, utpote cum ex vocibus ad rerum cognitionem provehi soleamus.

VIII. Deinde quando queritur, qualis *Etymologia* hujus nominis detur, respondemus, quod hoc proprium DEI nomen ab הוה vel היה mutato *Jod* in *Vau* deducatur. Nequaquam hinc cum *Hieronymo* ab *Olcetra* facimus, qui nomen hoc ab *hova* perniciosa calamitas, accidensque malum derivat, cum barbaram

illam prononciationem Jchova, contra quam suffici-
 enter satis suprâ actum est, præsupponat. At priorem
 retinemus Etymologiam, cum satis sit, si in vocum
 derivatione consonantium habeatur ratio: non & vo-
 calescum Oleastro respicere necesse est, quæ consonan-
 tibus mutabiliores sunt. Hanc Etymologiam etiam
Hiscuni, quem *Sixt: in Antibar: biblico* citat, innuit,
 quando scribit: Vau in פָּאָרָא ponitur pro Jod, ut in
 היה Pro הוה. Ne autem benevolo lectori tenebrio
 hic caliginem offundat, notandum, per mutationem
 literarum Etbasch, illud פָּאָרָא pro יהוה poni. Ebræi
 enim Alphabetum suum nonnunquam convertunt, ita
 ut Aleph loco Tau ponant, & è contra; Beth loco Schin,
 & è contra, sicq; consequenter; ex qua conversione li-
 terarum יהוה illud פָּאָרָא oritur. Lege de hac re, si
 placet, *Münsterum in suo Bivur Happeruschim Grammatica*
Chaldaica annexo. Hujus derivationis 1. Ratio datur,
 ratione DEI ad intra, quia independenter est ab æ-
 terno & in æternum: quam rationem Etymologix
Smalcium in responsione ad unum par Sophismatum Raven-
Spergeri p. 17. non admittit, suamq; sententiam Brentij
 autoritate confirmat. Sed si probè Brentij verba in
Comm: Exod. 3. perpendamus, patet quidem, quod
 statuat, magis hoc nomine promissionum impletio-
 nem notari; nequaquam tamen omnem essentia si-
 gnificationem remouet, nisi quod arcanam essentiam
 hoc nomine scrutari prohibeat, unde statim addit;
est altera expositio, quâ hoc nomen יהוה idem dicitur,
quam ò ων non damnetur à nobis. Solet à nonnullis ad
 evincendam tùm hanc nominis hujus Etymologiam,
 tùm ejusdem datam rationem ab essentia ductam ci-
 tari locus *Exod. 3.* אהיה אשר אהיה. Verùm hoc etiam

loco promissionum impletionem in primis indigitari,
Brentius in Comm: operosè & rectius probat, quò le-
ctorem remittimus: cujus sententiæ non absimilis
est Luth: mens, cum in h. l. in margine scribit
Ich werde es seyn / wenn Ihr dahin kommet / so wil ich
bey euch seyn / vnd mich so erzeigen / daß Ihr erkennen
solt / daß ichß sey. Idem dicit R Salomon in Comm:
ubi ad h. l. ita scribit: אהיה עם בצרה זו אשר

אהיה עם בשעבוד שאר מלכות :

h. e. Ero cum eis in præsentis tribulatione, qui ero cum
eis in afflictione reliquorum regnorum. Sic etiam
Hiscuni in h. l. quem citat *Fagius in paraphrasi Chaldaica*,
statuit, quamvis ille essentia quoq; æternitatem hic no-
tari putet h. l. qui erit in secula seculorum. Cæterum
Nehemianides, Autor quidem Ebraeus, magis essentia
am divinam, quàm promissionum impletionem re-
spiciens in h. l. ita scribit: הוא המציאות או הקיום

אשר לא עבר ולא יעבור :

h. e. Ille (sc. DEVS) substantia est, quæ neq; præterijt
nec præteribit. Nos verò ut ut hoc Tetragrammato divi-
nam illam, independentem & æternam essentiam no-
tari maximè concedamus: id tamen ex hoc loco *Exod:*
non adeo firmiter deduci cum *Brentio* alijsq; dicimus.
2. *Ratio* Etymoi Tetragrammati est ratione ad extra
respectu tam creaturarum, quibus omnibus suum esse
tribuit, easdemq; conservat. Confer locum. *Esai: 44:*
24. quàm promissionum, quas verè exiitè facit, atq;
implet, de quo Vide locum *Exod: 6. v. 3.* & quæ supra
ad h. l. dicta sunt.

IX. His expeditis, sequitur posterior controversia
quæ circa generalem illam vocis affectionem, quam
Grammatici *Figuram* vocant, de Tetragrammato
moverit

moventi potest: nimirum num appellativum hoc no-
men sit, an proprium, soli DEO conveniens.

X. Fusè de hac controversia Theol: agunt, *Vid: Excell: virum Doct: VVilhel: Lyserum, qui controversia hujus summam nervosè exhibet in diss: ne Seraphico trisagio th. 8. & seqq. &c.* Nihilominus tamen hanc quoq; controversiam, ut nihil de Scripturæ locis, quæ Theologorum scripta ab Adversariorum nugis satis vindicant, paucis tangemus, & Tetragrammatum hoc præter DEVM, nulli convenire posse, ita probamus. *Nomen DEI I. proprium II. Ei soli conveniens divino & humano testimonio, nulli creatura convenire potest: Atq; hoc Tetragrammatum est nomen DEI proprium &c. Ergo &c. Majoris utrumq; membrum firmiter probamus, & prius quidem hac collectione: Quo DEVS à creaturis merito distinguitur, id ipsis immèritò tribuitur. At nomine proprio DEVS merito &c. Ergo &c. Minor vera est I. quia alia vera ratio nominis proprii DEI dari non poterit, nisi ut eo à creaturis distingvatur. Cum enim τὸ ὄνομα τοῦ εἰς δὴλωσιν καὶ διαγνωσιν quomodo Justinus Martyr in parenesi ad Græcos loquitur, imposita rebus fiat, idem quoq; de nomine proprio divino verum erit. Imò quanto magis DEVS hoc proprio nomine à reliquis creaturis distingvetur, quod eiusdem simul nomen essentiale est: id quod ut reliqua taceamus, ex Etymologia Tetragrammati supra expofita facile conat. Hinc est, quod Maimonides in More caps: 61. scribit, quod hoc nomen, quod legi non oportebat יְהוָה DEI essentiam significet. 2. Datum exempli loco τὸ εἰς quod licet essentiale DEI nomen non sit; tamen cum (τ) scriptum ita DEO proprium est, & hinc ita eodem à creaturis distingvitur,*

ut nulli creaturæ extra pausam sub hac punctationis
 forma tribuatur: *Confer: Six: Antib: bibl: p. 509.* Posterius
 membrum *Majoris in Syll: Principali* à testimonio divi-
 no & humano sumptum verum idem est, nisi Scri-
 pturam imprimis sibi ipsi contrariari velimus. *Majori*
itaq; Syll: principalis evictâ, Minor ejusdem evincenda
 restat, & I. quidem, Tetragrammatum hoc verè pro-
 prium nomen esse hoc modo probamus: *Quodcumq;*
nomen habet proprii nominis vera signa & indicia, id verè
proprium est. Atq; hoc Tetrag: habet & c: Ergo & c. Mi-
 nor patet; nam I. *Proprium nomen in regimine non*
collocatur teste R. Esra etiam in Exod: cap. 3. ubi scribit:

שם העצם לא יסמך כאשר יסמך שם התארה כי העצם
 עמר בעצמו :

Idem de Tetragrammato dici potest, quod regimen
 nunquam ingreditur, de quo infra. 2. *Proprium nomen*
regulariter (quid de nonnullis irregularibus exemplis sen-
tiendum Vide Bux: thes: l. 2. c. 5, p. mibi 386. & Glas:
Gram: sacram P. 730. ה *Emphaticum respuit. שם העצם*
 לא יהיה סבואר בהא הדער

Inquit *R. Esra l. c.* Sic & Tetragrammatum Emphati-
 cum He nunquam admittit. 3. *Proprium nomen*

לא יאמר על רבים. c. g. אברהם אברהמים
 ut cum *Esra l. c.* loquamur. Sic quoq; Tetrag: in Plurali
 nunquam legitur. 4. Sicut proprium nomen, ita & hoc
 cum affixis nunquam deprehenditur. 5. Habet hoc
 Tetragram: à principio *ſod* notam nominis proprii,
 quod *ſod Nicol: Fullerus* quidem Characteristicam Fu-
 turi nominat: verum idem meo iudicio rectè *Six: in*
Antibarb: bibl. p. 548. Exinde negat, quod Characte-
 riticum illud per *Scheva* extra Piel & Pual non effe-
 ratur, ubi vox היה usitata non est.

21. II. *Minorem Syll. Principalem*, nimirum Tetragram-
 mati DEO convenire probamus testimonio divino, im-
 primis Psal: 83. 19. ubi expressè dicitur, DEO soli
 nomen יהוה esse שמך יהוה לבדך. Ut autem
 horum verborum, quibus exclusiva propositio integrè
 absolvitur, clarior sensus sit; determinamus propo-
 sitionis hujus subjectum, quod vocabulum לבדך exprimi-
 mit, & prædicatum, quod reliquæ voces describunt.
 Ita tamen, ut, si benevolus lector particulam
 SOLUS vocis לבדך ad prædicatum referat, si-
 ve subjecto addi velit, nos non repugnemus, cum de lo-
 gica hac controversia disceptare nostri instituti h. l.
 non sit. Satis est, quod in hac propositione exclusivæ
 particula hæc reliqua subjecta omnia, præter illud,
 quod pronominè Tu notatur, & juxta textum, cit
 Altissimus ille super omnem terram, excludat à par-
 ticipatione prædicati, quod est יהוה. Majorem autem
 Emphasim addit pronom: repetitio, quæ auxellum si-
 gnificationis inferri *Kimchi etiam testatur cap. 5. Hofe*
v. 14. ubi scribit, pronom: ייג continue ibidem repeti-
 תיך תיך ut roboretur & augeatur significatio. Plura
 de hoc vide in *Bux:thes. l. 2 c. 8.* Ab hac nostra sententia
 discedit *Ambrosius l. 3. de fide ad Gratianum c. 2.* qui
 exclusionem non ad verba יהוה שמך sed ad seqq. refert
 quod nimirum DEVS solus sit altissimus. Ita LXX.
 etiam statuunt, quorum hæc versio est: οὐ μόνος ὕψιστος
Lutheri eadem prima versio germanica LXX. sequitur
 his verbis: Daß du allein seyest der allerhöchste, quan-
 quam postrema versio ex mente nostra h. m. distinguat:
 Daß du mit dem Nahmen heist HEINDE allein/ und der
 Höchste in aller Welt. Neq; *sim: de Man in h. l. Ambrosij*
 sententiam plane rejicit, ut ut nostram præferre
 videa

videatur. Sed salva sit omnium auctoritas, salva etiam
veritas: Proinde dicimus, quod rectius tamen juxta
priorem, quæ data est, sententiam, vox לברך à seq:
voce *Excelsus*, cum accentu distinctivo *Atnach* notata
sit, & præcedens minister munach in voce יהוה eam
cum hoc לברך conjungat, de quibus horū, ut & reliquorū
accentuum muneribus vide apud *Grammaticos*, imprimis
doctiss. Eliam Levitam in suo ספר טוב טעם Dicent
alij quidem, accentus distinctivos in Psal. non semper
suo hoc distinguendi munere fungi: quo tamen
neq; h. l. accentum *Atnach* suo munere fungi, minime
probabunt. Esto, distinctivos accentus in Psalmis
suum munus non semper exequi: nam *Efra* etiam, ut
ut aliquibus in locis dicat כל פירוש שאינו על

דרך הטעמים לא תאכה בו:

i. e. nullam expositionem, quæ non sequitur accentus,
debes amplecti; attamen de ordinaria accentuum
ratione hoc intelligit, neq; repugnat, quo minus תב
Atnach notatum *Psal: 17. 10.* cum seq. voce פתחו
connectatur: *Vide ejusdem commentarium.* Hinc autem
evinci analogam & ordinariam accentuum rationem
in Psalmis pro lubitu negligi posse, nemo sanus inter-
pres concedet, qui præter necessitatem. (*quæ hoc loco
non probabitur*) ab analogo & eo, quod magis usitatum
est, non discedit. Sic *Efra* etiam has voces לברך שמך
conjungit, & addit, esse hic ellipsin particulæ ׁ voci
שמך præmittendæ, *Vide ejusdem commentarium, confer
istidem nostratum commentarios.* Ex hoc scripturæ loco
evidenter satis, Tetragrammatum Soli DEO conve-
nire probatur; ita ut nemo ex *Smaltij* mente in appen-
dice annexa refutationi *Thesium Schopperi* p. 47. instare
possit; afferri quidem loca, in quibus Tetragrammatum
DEO

DEO tribuatur, nullum autem, in quo nomen illud
solum DEI proprium sit. Adde huic testimonio pos-
set illud quoque *Esa: 42. v. 8.* alia etiam, quae hac vice
addere non permittit instituti ratio.

XI. III. *Minorem Syll: principalis*, nimirum, so-
li DEO Tetragrammatum convenire probamus testi-
monio humano 1. *Afferit hoc Maimonides in More c. 61.*
citante eum Galat: l. 2. de arca: cath: veritatis cap: 10. &
Sixt: in Antib. bib: p. 482., ubi Rab: verba legi possunt.
2. *Rab: Esra Lev: 24. v. 15.* ita scribit

השם הנכבד שאינו שם התאר ולא יתערב כי הוא לבדו שם העצם
Ultima verba שם העצם licet in com: Rab: non ex-
tent; ea tamen rectè cum Sixt: in Antibar: biblico à
Joh. Cocceo addita esse putamus; non tantum propter
rea, quod nullus alias verborum rabbinorum sensus
sit, sed inde etiam, quod *R. Esra h. l.* Tetragramma-
tum tale nomen esse velit, quod commisceri non po-
test & appellativo opponitur. Hoc autem שם עצם ap-
pellari nemo negabit, unde etiam verba hęc omissa
esse non dubitamus. 3. *Ut nostratum testimonia ta-*
ceamus, Socinus in tractatu de DEO Christo & spiritu
p. 3. ita scribit: Vox DEVS dupliciter accipitur 1. Pro
eo, qui omnibus praest. 2. qui summum aliquod imperium
ab uno DEO habet. Hinc enim ille solus DEVS s. e. יהוה
DEVS deorum dicitur.

XII. Tandem post Etymologiam Tetragr: de
ejusdem *synonymis*, nimirum יהוה & אהיה agendum erit.
Verè nomen אהיה est, quod divino & humano testi-
monio probatur: quorum illud *Exod. 3. v. 14.* habetur
his verbis: אהיה שלחני ubi quid אהיה erit, si non
nomen DEI est? Et miramur, quomodo id *Paulus*

F

Burgensis

Bergensis negare ausus fuerit, contra quem agunt
Sixt. in Antib. bibl. p. 474. & Druft. in Tetragr. c. 3.
 Humanum autem hujus rei testimonium interpretes,
 aliosq; complectitur. Interpretes hanc vocem in ver-
 sionibus suis non transvertunt; sed retinent eam,
 sicuti in fonte legitur: cuius nemo aliam rationem da-
 bit, nisi quod proprium nomen sit, quod retineri solet
 & debet in versione, quale legitur in fonte: vide de
 hoc fusè differentem *Glassium de Tetragr. obs. 6.* Ita *Chal-*
dam Interpres hanc vocem retinet: neq; mutat eam
 insignis *Interpres Tremellius*, qui in versione sua ita lo-
 quitur, Ehje misit me ad vos: accedit *Piscator Herbor-*
nensis, qui Ebræum textum sic vertit: Der Ehje hat
 mich zu euch gesandt. Non obstat, quod LXX. hoc no-
 men per ω reddant, eos enim sæpius propria nomina
 ita transformare, docet *Glass. l. c.* de quo, ut nos quoq;
 fusè hic differamus, non admittit instituti ratio; Cæ-
 terum *Hiscuni Exod. 3. v. 15.* hanc Vocem expressè no-
 men DEI vocat his verbis:

אהיה האמור בפסוק
 דרשון הוא שמי לעולם

R. Esra b. l. idem statuit, cujus testimonium infrâ cita-
 bitur: *Isidorus Orig. l. 2. c. 1.* *Pelargus* in h. l. & c. Porro es-
 sentiale hoc nomen DEI esse adeoq; verè Tetragram-
 mati synonymum, patet 1. quia eandem cum Tetragr:
 radicem habet, illud essentia verbum היה 2. quia hoc
 אהיה immediatè seq. vers; hoc ipso Tetragr: redditur:
 ubi enim *v. 14.* dixerat DEVS אהיה misit me ad vos,
 statim seq. *v. 15.* subjicit יהוה misit me ad vos. Hinc
 factum, ut *Hiscuni ad h. l.* non nisi personarum diffe-
 rentiam inter hæc nomina statueret, quando scribit
 שוקדש ברוך הוא קורא לעצמו תצמץ ואנו קורין לו מצמץ
 Eadem

Eadem sc: Hiscuni mens est, quæ illorum, qui statuerunt,
 DEVM de se loqui in prima persona, nomine אהיה
 nos autem de DEO in tertia persona nomine יהוה
 Notabit autem hic itidem benevolus lector, *Hiscuni*
 vocem חצון pro nomine אהיה ponere ex literarum
 commutatione Erbasch, de qua supra actum est 3. *Rab. Esra*
 in h. l. præterquam quod cum *Hiscuni* hæc nomina
 personis tantum differre statuat, expressè te-
 statur, hoc אהיה essentialè nomen DEI esse, his verbis:
 שם אחר והוא מטעם הרשאה רק האחד על לשון
 המדבר וזה לשון יחיד שאינו מדבר ומגדרת יה ואלא
 שלשה שמות הם שמות העצם i. e.

Nomen aliud (*intelligit Tetrag v. 15. expressum*) &
 hoc ejusdem sensus cum priori (*sc. nomine אהיה v. 14.*)
 alterum tamen (*sc. אהיה*) vocabulum est primæ per-
 sonæ, alterum (*sc. יהוה*) est sing: numeri, quod non
 est primæ personæ: & per sectionem (*sc. à Tetragr:*
 venit) [ah. & נִסְתַּרְיָא hæc nomina (*sc. אהיה יהוה*)
 sunt nomina substantivæ: *Isidorus* itidem hoc nomen
 ut essentialè exponit l. c. & essentialè nomen hoc ex-
 pressè vocat *Pelarg: l. c.* & c His satis putamus probari
 hoc אהיה essentialè nomen & Tetragrammati syno-
 nymum esse.

XIII. Non autem immeritò hic porrò quæritur an
 ד אהיה אשר אהיה distinctum ab אהיה אהיה nomen
 sit. Nos hic, aliorum iudicio salvo, respondemus,
 quod non, nam, I. *Nulla* nos necessitas cogit, ut distin-
 cta hæc nomina agnoscamus. Nec obstat, quod *Chald:*
paraph: has voces ac si proprium nomen constituerent,
 retineat, prout in fonte habentur: nam à solis Inter-
 pretibus controversiæ hujus ratio firma desumi non

potest, quia eos in priorum nominum expositione
 sæpè aberrasse testatur *Glas: in tract. de nomine proprio*
obser: 6, 2. Cū in textu his vocibus nudū Ehje subjiciatur,
 rectius inde colligi poterit, quod in præcedentibus
 etiam vocibus אהיה אשר אהיה nudum Ehje no-
 men sit, seqq. autem אהיה אשר ejusdem expositio,
 quod alij quoq; statuunt, de quo in seq. 3. *R. Hiscunt,*
 quem citat *Fagius in Paraph: Cbald: in h. l.* scribit, prius
 Ehje harum vocum esse nomen, posterius autem prio-
 ris esse expositionem. Idem statuit *Efra,* qui in com:
 ita scribit: יאמר אהיה פירושו אשר אהיה

Ejusdem mentis est Tremel: in versione, qui textum
 Ebrazum ita reddit: Ehje qui sum: Isidorus 1, 7, orig:
 c. 1, nobiscum etiam facit & c.

XIV. Tandem restat, ut etiam de nomine יהוה di-
 camus, quod essentiale nomen DE I esse nulli dubita-
 mus, nam ex essentiali nomine יהוה decurtatum est,
 adjectis ultimis literis He & Vau: idq; probamus
 1. quia easdem habet literas 2. quia nil obstat, quo mi-
 nus hinc per decurtationem deduci possit. Dicent alij
 obstat ה mappicatum: sed respondet ad hoc nervosè
fatis six: in Antib: bibl: p. 546. quo lectorem remitti-
 mus: Objicient fortè alij ipsum (י) יהוה quod
 prima syllaba Tetragr: non habet: sed respondemus,
 vocalium peregrinarum hinc non haberi respectum,
 adeoq; objectionem hanc falsâ niti hypothesi, ac si
 puncta illa Tetragrammati genuina essent. Item:
 vocum deductionem, non tam ratione vocalium, quæ
 consonantibus mutabiliores sunt, quàm ratione con-
 sonantium institui, quod extra omnem controversiam
 est. 3. Ita in *More citante Drusio de Tetragr: 6, 1,*
 scribitur

scribitur, nomen 2. literarum desumptum esse à nomine 4. literarum, quod etiam *R. Esra* fatetur loco & verbis suprâ citatis, ubi simul hoc nomen essentialie esse expressè scribit. Hæc cum ita sint, falsi sunt illi, qui hoc η ex Tetragr: per contractionem & Synco-
pen deducunt, quorum sententiam η finale, quod Tetragr: in fine non habet, impugnat.

XV. Alia nomina, quæ à DEI actionibus &c. non verò ejusdem essentia desumpta sunt, nequaquam ut synonyma Tetragr: admittimus: multo minus ipsum הוא vel η de quibus vide *Six: Anti-
bibl: p. 473.*

XVI. Circa Synonyma Tetragr: aliæ quoq; ejusdem appellationes, non adeo inconvenienter proponi possunt, quas fusè recenset *Excel: Doct Mislenta in
diss: de dictio Ezech: 33, 11. 1b: 29, 5. 3 & alij.* Inter has autem celebris appellatio illa est המפרש Ω de qua pluribus agit *Gal: l. 2. Luth: Tom: 8. Jen: germ: fol: 100. & seqq:* Nos itidem relictâ omni Judæorum superstitione, quæ l. c. satis exposita est, paucis de hoc Schemhamphorasch agemus. Appellatum his vocibus à Judæis ipsum Tetragrammatum esse; non verò nomen 12. vel 42. literarum ex seqq. contra indoctorum opinionem patet. Scribit Maimonides l. more c. 62. primæ partis: Nomen 12. vel 42. literarum non dici Schemhamphorasch; sed אכל שם המפרש
 $\text{הוא השם המיוחד לו:}$

*Idem in libro, Jad, halacha de precatone & benedictione
sacerdotum cap. 14. scribit* $\text{השם הנהגה מיוחדת היא ויו היא}$
 השם המפרש:

Hujus porrò appellationis alij aliam dant rationem
ob

ob diversas פֶּרֶשׁ פֶּרֶשׁ, unde המפרש diducitur, signifi-
cationes, ut sunt, separare, exponere, proferre.
Sunt, qui פֶּרֶשׁ המפרש per separatum exponunt, idq;
diversa ratione. *Maimonides in more e. 61.* scribit, hoc
nomen dici separatum, quod non significet æquivoce
& cum participatione, eoq; distinguitur à reliquis nomi-
nibus, quæ æquivoce significant, & cum participatio-
ne h. e. quæ reliquis creaturis communicabilia sunt.
R. Kimchi in comm: suo Jud: 13, 18. scribit, hoc nomen
separatum dici, quod sit separatum שלא תוכל לדעתו
Item מרעתך Item à scientia, quod non valeas illud
cognoscere. Alij המפרש reddunt per expositum, ut
R. Salomon, qui citante *Drusio de Tetragr: c. 16.* nomen
expositum vocat, quod expositum sit per Adonaj
המפרש כלשון אדוננו Et *Maimonides l. More parisi*
prima c. 40. dicit: Tetragrammatum Schemhamme-
phorasch dici, quod veteres illud exposuerint per no-
mina 12. 42. literarum, *Vide Gal. l. 2. cap: 10.* Hæc no-
mina 12. & 42. literarum, quænam fuerint certè non
constat, vide de ea re *Schindl: lex: p. 1491. Bux: lex: p.*
mibi 159. Doct: VValtherum in spicilegio controversiarum
de nominibus יהוה אלהים p. 151. & seqq. Six: Anrib:
bibl: p. 501. 508. Drus. Tetragr: c. 6. Gal: l. 2. c. 10. &c.
apud quos etiam de otiosorum hominum figmento,
nomine nimirum 72. vocum legi poterit. Illud ta-
men addimus, mirationem mereri ea, quæ *Galat: l. 2, cap: 11. & 12.* de 12. 42. literarum nominibus refert.
Et ut ut hodierno tempore magnorum etiam testimo-
nio in Ebræorum scriptis non reperiantur, reperta
tamen in iisdem nomina illa olim fuisse, non ad eò
dubitandum est. Imo si plurima manuscripta Judæo-
rum malitiâ; ut & Christianorum incuriâ in obscuro
hodie

hodie non essent : plures etiam procul dubio ex His
quondam dilecto DEI populo testes Christianæ fidei ha-
beremus. Ita salva Sixtini auctoritate, qui id in *Antib.
bibl.* p. 508. negat, statuimus; & nobiscum facit *Doct. Hel-
vici* tom. 4. *disp. Giss. disp. 10. clas. 7.* Interim libenter
Six: concedimus, Galatinum libros suos de arca: ca-
thol: fidei, ex Raymundo transcripsisse: cujus rei ut
illos scriptores, quorum Six: l. c. p. 509. mimine omit-
tamus, insigne adducimus testimonium ex *Chronico
Beroaldi* l. 2. c. 3. ubi sic scribit: *Galatinus Martini Ray-
mundi scripta pro suis edidit, commutato rerum ordine &
argumento nonnihil variato, ut plagij possit accusari Gala-
tinus, quod planum me facturum spero, si dederit Dominus,
ut pugionem ipsius Raymundi scriptum ad impiorum perfu-
diam jugulandam, maximè autem Judaorum, in lucem
proferam. Is autem liber studijs Ebraicis maximè utilis
pervenit ad me ex bibliotheca Francisci Vatabli Macenatis
mei, primi Ebraicarum literarum Professoris sub Francisco
Rege hujus nominis primo, per quem DEVS bonarum
lit: studia revocavit in Galliam: Hactenus illè. Tan-
dem Six: l. c. p. 480. תּוֹמַרְשׁוּרַרְּ per nomen
prolatum etiam explicari posse scribit, quod Tetragr:
proprijs literis aliquando prolatum, pronunciatumque
fit, quæ itidem explicatio absona quidem nobis non
videtur, nolimus tamen (quod & Six: facit) indubiare
certi quid statuere.*

SEQUI-

SEQVITVR DE TETRAGRAM-
MATO in ordine ad conjunctionem cum
alijs, h. e. Syntaxin.

.I

Syntaxi Tetragrammati tam *reclionu*, quam *prafixio-
nis & suffixionis* notanda occurit, de quibus paucis
dicemus. Nunquam ergo Tetragrammatum regimen
ingreditur, neq; quando dicitur יהוה צבאות nam
1. nulla nota regiminis adest, unde id colligi licet,
cum & ultimæ syllabæ (τ) ob regimen mutandum hic
immutatum maneat 2. *Ellipsis* vocis יהוה in exem-
plis illis, quando dicitur יהוה צבאות esse, par-
ter ex alijs locis, ubi integra locutionis hujus formula
ponitur, ut *Pfal: 89. 9. Oseas 6. An. 3. 13.* Si vero legatur
יהוה צבאות יהוה אלהים enallage nominis integri pro
constructo est,

.II.

Porro Tetragramm: neq; He Emphaticum in *Syn-
taxi prafixorum*, neq; suffixa in *Syntaxi affixorum* ad-
mittit; id quod breviter notasse sufficit, cum contraria
dari non possint exempla,

SOLI DEO GLORIA.

